

151
aliis literis petii, idem nunc repeto, et rogo, ut mihi descri-
beres eadem, quae olim Witichio de tormentis, nisi fallor,
bellio Voegelin. etc. Valde doleo ereptum nobis esse
Clar. lib. de Δ . in debet Polonorum societas. Posthac
tua benevolentia utar, praesertim cum ipse operam
suam tam liberaliter deferres; de quo magnas gratias
ago. Salutat vos cum uxore, mea vestri amantissima.
Vale te feliciter Breslae 11. Febr. 1588.
Rogo ut Basileensem typographum urgeas adhuc, ut
omnibus angulis excussis reperiat et remittat illud dia-
gramma, quod te pergitum et misisse scribis.

Eidem Thaddaeo, Andr. Dudith

103)

Excellentissime Dne. et Amice honorande et charist.
S. P. Accipimus optatissimam dialexin. laudilig cogitat
diligenter eam evolvere. Idem ego faciam, non sane
reprehendendi vel emendandi sed discendi studio. Consul-
tum videtur, ut antequam typis mandetur, iterum to-
tum librum sub incudem revoces, et ea quae Tycho
Clar. vir reprehendit, vel corrigas vel refutes, in
quo homine animo doctrinam et diligentiam, tamen
notandis aliorum scriptis amabilem quandam modestiam.
Praetorius noster nondum respondet de typographo, et
cogitat ipse quoque monitu meo adductus, librum de Δ
suum, quem dum adhuc mecum esset, in meam gra-
tiam scripserat, excusum in vulgus emittere. Pede
mihi, ita adornabimus hanc partem cum usque Canonem
explorato, ut et gratum et utile sit futuris hic labor,
harum artium studiosis, qui tamen paucissimi sunt
ubique terrarum. Nil respondes de tuo Canone, cu-
pio scire, quid sit, et fortasse ejusmodi est, ut adjungi
cum fructu huic, quem duo de planis et sphaericis Δ
libro queat. Si pateris equo animo, ut iudicium me-
um jam nunc tibi perscribam de iis, quae dialexi
tuae addenda putas, censeo quaedam prorsus omittenda
esse

esse, quodam contrahenda, in quibus aliquid doctrina est,
alia vero quae invectiones continent, negligenda esse, ex-
plicit quibusdam argumentis, quae ad rem, de qua agit, illam
stradam pertinere videbunt. hic et suntque fient mino-
res, et liber avidius legetur et facilius distrahetur, in-
tanto praesertim Mathematicorum librorum fastidio. Etiam
prognostica reserarem, quae iam eventus, ut fieri pla-
runt, solet, in hoc genere, refellit jam pridem. Bre-
viter si meo iudicio standum sit, velim brevem et spe-
cinctum librum fieri ex tanto hoc volumine, $\alpha\tau\epsilon\nu$
 $\pi\rho\omicron\omicron\upsilon\eta\iota\omicron\upsilon\varsigma$, $\alpha\tau\epsilon\nu$ $\lambda\omicron\iota\delta\omicron\pi\omicron\iota\omicron\varsigma$, $\alpha\tau\epsilon\nu$ $\pi\rho\omicron\gamma\rho\omega\sigma\iota\kappa\omicron\iota\varsigma$,
veterum Geometrarum more, qui rem suam agunt, neque
in res alienas excurrunt. Nihil opus est Regionum
tanti longas illas et molestas illas demonstrandi ratio-
nes, item Wegelinis ambages recudere, ne Gemma qui-
dem et Moestlini libros, alioquin excreveret opus in
magnum aliquod corpus, si omnia in unum compor-
tanda essent. Et hic liber Tychonis quoque adjungendus
foret. Ung mihi Thaddeus prodeat, non alienis planis
ornatus sed propria et venusta sua specie venerabilis.
Magno desiderio intelligere cupio, an plenè conva-
lerit protestantissimus vir Dñs Bucelius, cui officia
mea et plurimam salutem adscribo. Logo, quare
eo, nunc Maurici: Bressii Mathematicus Parisiensis
Romae in Aurore locum, ut fertur, successerit. Do-
mino Skylnero scripseram ante aliquot menses, non
est dignatus rescribere, causam cognoscere aures, non
offendi hominem, quod sciam. D. Banno, D. Socino
et aliis amicis S. A. D. Kurtzio impetra nobis al-
quid ex eius lucubrationibus Mathematicis. Estne isthic
Fabricius Mordus Caesaris Mathematicus. Vale fe-
liciter cum tuis, et salve ab uxore mea, et D. Carili.
Me tibi totum trade. id. Januarij 1588.

Epi. V. Deditissimus

Andr. Dudithij.